



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 53. Controversia, ac decretum circa hanc concessionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

tamen propterea hujus Præfulis vehe- **Sæc. XVI.**  
mentia, qua postulatum urgebat, mul- **A.C. 1562.**  
tum deferbuisset, tandem vero ipius con-  
fensit, ut totum negotium Pontificis  
judicio relinqueretur, ea tamen lege, ut  
rei proponendæ forma mutaretur his  
verbis concepta : *Cum animadverteret*  
*Synodus, se non posse per se ipsam, quod*  
*postulabatur, decernere, illud in Summi*  
*Pontificis arbitrio reponebat; qui præmis-*  
*sis diligentissimis, quas opportunas censuisset*  
*sive cum conditionibus jam recitatis, sive*  
*cum aliis, pro sua prudentia rem conce-*  
*deret rationi consentaneam ratus etiam*  
*secundum sententiam, consilium, & com-*  
*probationem Synodi.*

### §. LIII.

#### *Controversia, ac decretum circa hanc concessionem.*

Verum hæc eadem propositio, licet **Pall. c. 8. n. 1.**  
his verbis esset restricta, gravibus **& 2.**  
tamen oppositionibus erat obnoxia, dum **Litt. Sec. &**  
in hac congregazione die decimo quin- **Vicecom. ad**  
to Septembribus habita agitabatur; ex- **Borr. 16.**  
dem enim rationes, quæ Patribus dif- **Sept. ap.**  
fuerant, ne ejusmodi concessionem,  
utpote quamdam novitatem, fine cer-  
tis quibusdam conditionibus indulge-  
rent, pariter eosdem deterrebant, ne  
hujus rei decisionem ad Papam remit-  
terent: alii vero censebant, temerarium

X 3

fore,



**Sæcul. XVI.** fore, si Superiori consilium non petenti  
A.C. 1562. illud obtruderetur: quocirca collectis  
 suffragiis, sexaginta novem Præfules  
 numerabantur concessioni faventes, se-  
 ptuaginta novem vero illi adversantes,  
 & quatuor dubii, atque inter priores  
 non pauci erant, qui consentire vide-  
 bantur, sed tam arduis conditionibus,  
 ut potius hoc consilium reprobare  
 crederentur: quapropter Quinqueecclie-  
 siensis Episcopus sua spe dejectus, totum  
 negotium sollicitudini Cardinalis Mar-  
 tuani commisit, qui aliud decretum  
 absque omni ornatu conficiendum cu-  
 rabat, in quo hæc exponebantur: Cum  
 sanda Synodus duos articulos prædictos  
 de usu Calicis examinandos, atque definitio-  
 nes reservasset, nunc eorum, pro quibus  
 petitur, saluti optime consultum volen-  
 t, decrevit integrum negotium ad S. D. M.  
 esse referendum, prout præsentis Decreti  
 resert; qui pro sua singulari prudentia  
 efficiat, quod utile Reipublicæ Christianæ  
 & salutare potentibus usum calicis fore  
 judicaverit.

#### §. LIV.

*Nova Decreti forma in Conventu a  
 Legatis proposita.*

*Pallav. c. 8.* **C**um hoc Decretum mane die decima  
 n. 3. sexta Septembris in quodam Pa-  
 trium conventu, cui Quinqueecclien-  
 sis